



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

17. Mortificatio avaritiæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

torqueris. & ubi non es, laudaris. S. Chry-
sost. in Matth.

III. Humillime JESU: hâc gratiâ beari
opto animitus ; ut nunquam efficiar inanjs
gloriæ cupidus.

PASSUS XVII.

Mortificatio Avaritiæ.

TEXTUS.

*Avaritia nec nominetur in
vobis, sicut decet Sanctos.
Ephes. c. 5. 3.*

Cognitio.

Avaritia est inordinatus appetitus haben-
di divitias. Continet autem binas spe-
cies : prima bonis alienis acquirendis im-
moderatè inhiat ; secunda bonis proprijs,
ultra rationis præscriptum incumbit.

Actus.

1. Nimiam de divitijs æstimationem con-
cipere.
2. Assiduam divitiarum desiderium in
pectore fovere.

58 SEMITA PERFECTIONIS.

3. Superfluas curas de divitiis coacervandis suscipere.
4. Varias artes, modosque illicitos, divitias acquirendi, excogitare.
5. Aliis mercedem, aut debitorum solutionem denegare.
6. Etiam sibi ipsi sustentationem debitam subtrahere.
7. Erga egenos, miserosque cor obduratorum gerere.

Consideratio Motivorum.

Cùm Spiritus Sanctus, in sacris Paginis, tot in avaros fulmina contorqueat, quis avaritiae cor suum mancipare praesumat? I. Fulmen est, horrendum vae: *Vae vobis divitibus, qui habetis hic consolationem vestram, Lucae c. 6.* II. Fulmen est iniquitatis denuntiatio: *Avaro nihil est scelestius. Eccli. c. 10. Et: Radix omnium malorum est cupiditas. Nihil enim iniquius est, quam amare pecuniam: hic enim & animam suam venalem habet. Eccli. c. 10.* III. Fulmen est, salutis difficultas, & damnationis aeternae periculum ac facilitas. *Facilius est camelum per foramen acus transire; quam divitem intrare in regnum caelorum. Matth. c. 19.* Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, qua mergunt hominem in

in-

interitum , & perditionem. 1. Tim. c. 6. Vbi sunt , qui argentum thesaurizant , in quo confidunt homines? Exterminati sunt , & ad inferos descenderunt. O quis igitur non contremiscat ? Quis hoc præcipitium non fugiat ?

Petitio.

Theſaurus & opulencia mea Deus , da mihi , divitiæ ſi affluent , cor non apponere ; aliena non appetere , propria non inordinatè amare , curas ſuperfluas depone- re , debita ſolvere , erga inopes & miſeros , mitem & largum me exhibere ; ut theſau- ros cœleſtes acquiram copioſiùs , & Te Deum meum beatiùs poſſideam.

Aſpirationes.

I. Videte & cavete ab omni avaritia. Lucæ c. 12. 15.

II. Omnis copia , qua Deus meus non eſt , egeſtas mihi eſt. S. Aug. Med. c. 18.

III. Exſtingue in me , Domine , in- ordinatam cupiditatem bonorum tempo- raliũ ; & æternorum inſatiabile ſuc- cende deſiderium!